

Andreas apostolus



Andreas symonis petri frater: et in passione crucis socius. Is primo fuit discipulus Johannis baptiste: postea secutus est ibi quem iohannes ostendit dicens. Ecce agnus dei. Post aduentum spiritus sancti in achaiam grecie puincia profectus est. adhuc vespasiano imperante: cum scithis euangelium predicasset et in achaiam plures ad fidem conuertisset. et precipue maximilla egee proconsulis puincie uxorem apud patras achaiie ciuitatem ab egea comprobatus: post longa disputatione de christo in carcerem traditus. deinde a viginti satellitibus grauissime cedebatur. et ad ultimum in cruce funibus appenditur ut longiore cruciatu sufferret. et cum populus seditionem mouit contra presidem obnoxie rogauit: ne impediret martirium eius. Nam magister eorum in sua passione patientiam exhibuit. Videtur crucem eam salutari. Salue crux sancta: que in corpore christi dedicata est: et ex membris eius tamquam margaritis ornata. In cruce autem biduo uiuens apparente demum circa eum splendore ultimo nouembris die martirium consumauit. Maximilla uero ipsius egee uxor confestim apostoli corpus rapiens optimo loco cum aromatibus sepeliuit. Cuius sane corpus uicesimo constantij cesaris anno cum ossibus beati luce euangeliste ex eadem ciuitate in constantinopolim translatum est: et quidam ferunt quod nunc requiescit in ciuitate malitana uerum eius caput postea papa pius eius nominis secundus e peloponesso roma uentum in beati petri templo maxima cum ueneratione collocatum.

Quintilianus rhetor ac philocephus celeberrimus natione hispanus hisdem temporibus cum in prelio magno esset: a galba predicto cesare romam perductus: ibidem scholam tenens clarissimus habitus est. Vir certe eruditissimus atque grauis: qui inter cetera de institutione oratoria octo libros composuit: atque causarum librum perutilem edidit. Ex quibus hanc celebrem et memoria dignam habemus sententiam uerum liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam enim statim deliciis soluimus. Adolentis quippe educatio quam indulgentiam uocant. neruos omnes mentis et corporis frangit. Huius autem celeberrimi uiri de institutione oratoria liber cum annis ferme sexcentis deperditus steteret. Postea a poggio florentino uiro eruditissimo circa annum domini. 1414. in constantiensi concilio in quodam monasterio integer repertus. Atque ita eius ope transcriptus et emendatus in italiam delatus est.

Quintilianus.



Thomas apostolus.



Thomas apostolus qui didimus dicitur uel geminus: unus ex duodecim apostolis fuit. Is dubitans de resurrectione christi magis nobis profuit (ut Gregorius ait) quam magdalene credulitas: testis factus. non solum per auditum et uisum: sed etiam per tactum. Hic cum christi euangelium partibus medis et persis: hircanis ac bragmanis predicasset. etiam in india superiorem et inferiorem proficiscens multos conuertit. Et nigdoniam caritij cognati regis uxorem baptizans christo consecrauit. Ibidem quoque multas adhuc extantes ecclesias fundauit. Undeque ut Crisostomus ait ad regionem magorum qui ad christum uenerat adorandum deueniens: eos baptizauit: et in adiutorium fidei christiane socios suscepit. Tandem ab infidelibus in fornacem ardentem proiectus: illesus tamen in eo mansit. Deinde ductus ad idolum solis ut adoraret: apostolus genua flexis ait. Adoro deum meum ibi christum: precipue tibi qui ibi latitas ut simulacrum communas. Quo facto indignati pontifices templi ab eis lanceis perforatus martirium coronam peremerit. Cuius corpus haud multo post ad ediffiam ciuitatem translatum est. Quod autem thomas in transitu uirginis marie non affuerit et postea ueniens de eius corporis et aie assumptione dubitauerit. Et ideo uirgo gloriosa ei apprensus cingulum suum dedit in testimonium huius: apocriphum est. Licet credibile sit cingulum eius haberi in terris quod praeter populo ostendit.